



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De sepultura coniugatorum in primis connubiis. clx.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

rum basilicæ. Nam si firmissimum hoc priuilegium vltimo
nunc retinet Gallie ciuitates, vt nullo modo intra ambitum
murorum ciuitatum, cuiuslibet defuncti corpus sit humi-
tum, quantomagis venerabilium martyrum debet reue-
rentia obtineri?

De eadem re. Cap. CLVIII.

Ex cõcil.
Meldensi
cap. 10.

VT nemo quemlibet mortuum in Ecclesia quasi heredi-
tario iure, nisi quem episcopus, aut presbyter pro
qualitate conuersationis & vitæ dignum duxerit, sepeliri
presumat, nec quisquã ossa cuiuslibet mortui de sepulchro
suo eiicere, aut sepulturam cuiusquam temerario ausu quo-
quo modo violare, sed vnumquemque in loculo sibi à Deo
parato atque concesso, aduentum sui iudicis prestolari con-
cedat.

*Vt nemo pro sepeliendis mortuorum corporibus ali-
quid muneris exigat.* Cap. CLIX.

Ex cõcil.
Hãnerẽ.
cap. 11.

Precipiendum secundum canonum autoritatem, vt in
sepulchris & hominibus sepeliendis nihil muneris
exigant, nisi fortè qui sepelitur, viuens iusserit Ecclesie,
cuius atrio sepelitur, de suis rebus aliquid tribuere, aut etiam
post mortem illius quibus cõmissum est eius elemosynas
facere, de rebus illius aliquid dare spontè voluerint: tamen
nullatenus à presbyteris illis aliquid exigatur, siue ab illis
qui locis & vicis presunt. Prohibendũ etiam secundum ma-
iorum instituta, vt in Ecclesia nullatenus sepeliãtur in
atrio, aut in porticu, aut in exedris Ecclesiæ. Infra Eccle-
siam verò, aut prope altare vbi corpus domini & sanguis
conficitur, nullatenus habeant licentiam sepeliendi.

De sepultura coniugatorum in primis connubiis.
Cap. CLX.

Hieron.
dicit.

Ebron dicitur esse ciuitas trium virorum, quia in ea
sepulti sunt tres patriarchæ in spelunca duplici cum viri-
bus vxoribus suis, id est, Abraham & Sara, Isaac & Re-
becca, Iacob & Lia, præter ipsum Adam & Euam vxores
suas. Tobias dicit ad filium suum: Cùm acceperit Deus ani-
mam meam, corpus meum sepelies, & honorem habebis
matri tuæ omnibus diebus, & cùm ipsa compleuerit tem-
pus, sepelies eam iuxta me in vno sepulchro.